LIBRARIÆ UNIVERS IAGELL CRACOVI

Cim 4092

# Theophilacti ſcolaſti-
# ci Simocati ep̄le morales: rurales
# et amatorie interpretatione latina.





Cim. 4092

# Carmen Laurētij coꝛuini. regie vꝛbis Wꝛatiſlauie notarij: quo valedicit pꝛutenos: deſcribitqꝫ quantū ſibi voluptatis attulerint ſequētes Theophilacti epiſtole: ꝛ q̃ꝫ dulcis ſit a natali ſolo extorri: in patriam reditus.

Pꝛuſſia: quā ſtellis fulgentibus Archades vꝛſe:
Cūqꝫ Boote vident lucida plauſtra: vale
Que cereale ſolū: piſcoſa fluenta: ſinuſqꝫ
Vitiferos colles: ꝛ pecudū vber: habes
Atqꝫ vbi hiperboꝛei perfunderis equoꝛis eſtu
Heliadū lachꝛimas: ſuccina chara: legis
Nec pꝛopꝛijs contenta: alijs tibi pluris ab oꝛis
Per mare: per terras adcumulant opes
Inter pꝛutenas Thoꝛun inſignſoꝛ vꝛbes
Foelici auſpicio terqꝫ quaterqꝫ vale
Tu me ſigniferū dum bis ſol aureus arcum
Circuit: innumera cum bonitate foues
Sit tuus incolumi foelix cum plebe ſenatus
Iocundam vitam ciuis ꝛ omnis agat
Cuius pꝛo meritis ꝛ pꝛo bonitatis honoꝛe
Quando abs me nequeat gratia digna dari.
Attamen eternum mihi decantabere: muros
Iſtula dum pꝛeter labitur amne tuos
Pꝛoſequitur te rite nepos Atlantis amico
Sydere: perlepidos q̄ꝫ paris alma viros

Quos inter Lucas magna grauitate verendus.
    Preſul ⁊ antiſtes religione nitet.
Warmia cui ſeruit prutene portio terre.
    Magna: ſub imperio rite beata ſuo
Huic vir doctus adeſt Enee vt fidus achates:
    Hoc opus ex greco in verba latina trahens
Qui celerem lune curſum alternoſq; meatus
    Fratris: cum profugis tractat ⁊ aſtra glebis
Mirandum omnipotentis opus: rerūq; latentes
    Cauſas: ſcit miris querere e principijs
Omitto pleroſq; alios: nam vector habenis
    Laxius immiſſis non remoratur equos
Hunc agitare leues: patrie predulcis amore
    Ingenti coniunx iuſſerat Anna rotas
Propterea Thorun iterumq; iterumq; valeto
    Sitq; tuis ſemper rebus adauctus honos
Hinc per odorati nemoris pineta: per altos
    Luces: per valles: per iuga multa vehor
Opida per:q; tuo rex Sigiſmunde potenti
    Subiecta imperio regna per ampla feror
Hec ſpacioſa tribus dimetior arua diebus
    Sic propero patrias letus adire domos
Iſta moleſta licet via ſit: ſed lectio graij
    Sola Simocati prebuere fecit iter
Donec ſarmatice venio ad confinia terre
    Que vagus a noſtris ſeparat amnis agris
Amnis arenoſus per ſcirpea ſaxa volutus
    Somniferum fractis murmur adauget aquis.

Hic gurguſtioli tenuiſſima tecta ſubimus
Pauperis: ⁊ feſſos rite fouemus equos
Caſeolos nobis quos nucea fiſcina nondum
Plene ſiccarat prodiga portat anus
Sed poſtq̄ꝫ humoris nihil hec cerealis haberet
Finitimo arentem gurgite pono ſitim
Haurit ⁊ Anna cauis argentea flumina palmis
Qua ſunt Sleſiacum lambere viſa ſolum
Atqꝫ ait: hiberni rata ſum me pocula muſti
Potaſſe: vſqꝫ adeo eſt dulcis in ore latex
Quarta vbi lux oritur: miti nos Sleſia tractu
Aeris: ⁊ coelo dexteriore capit.
Hic coniunx dudum optata tellure potita
Cum tali patriam voce ſalutat humum
Salue terra ſalus mea: vota: ⁊ gaudia: que me
Infantem magna ſedulitate foues
Suſcipe prutene redeuntem a limite terre
Et ſolita gnate dexteritate faue
Scilicet extorris memori te ſemper habebam
Pectore: dulce fuit commeminiſſe tui
Si mihi velifero ſeruiret pruſſia portu
Et daret adductas cerula puppis opes
Si velut indocte charus mihi ſepe maritus
Dixerat: auriferas funderet hermus aquas
Aut mihi caucaſeis flueret de montibus aurum
Imbre quod effuſo colchica regna legunt
Tu mihi: chara parens: es longe optatior: ⁊ te
Quod pluris faciam viuit in orbe nihil.



3

Hec poſtq̄ ediderat: dilectos leta penates
Promiſſo ad ſolitam munere poſcit opem
Hinc ego ⁊ o ſuperi mitiſſima numina dixi
Hec tellus quorum ſub ditione viget
Diua quoq̄ hedwigis: cuius ſub p̄ncipe quondā
Sleſia: nunc coeli regia tota iacet.
Efficite: vt ſaluos rex omnipotentis olimpi
Nos ſeruet: patrio reſtituatq̄ lari
Dum loquor: apparent montis nymboſa ſequacis
Culmina ⁊ in ſummo turris opaca iugo.
Paulatim oſtentat ſe wratiſlauia celſis
Menibus: ad phebes vſq̄ leuata globum
Hinc gaudente: gradum magne ſuccedimus vrbi
Lux vbi in heſperias prona receſſit aquas
Et poſtq̄ chari reduces gratantur amici
Poſthabite petimus dulcia tecta domus
Hic vbi ſeptenos Olauia piſcifer orbes
Verſat: ⁊ illiſis ſuaue ſuſurrat aquis
Hec mihi tecta pius multos illeſa per annos
Coniuge cum chara donet habere deus
Exul in arcteis alius ſibi lucra procellis
Querat: ⁊ ad Calpen fluctuet herculeam
Nauiget ardētis poſt torrida brachia Cancri
Et loca librate poſt ſitibunda plage
Pergat ad inſignem ſtellis radiantibus aram
Spectat ⁊ auſtralis ſigna ſepulta poli
Ignotoq̄ prius iactatus in equore: nobis
Rugoſum oppoſito ducat ab orbe piper
Multaq̄ poſſideat peregrinis iugera terris
Congreget vt multas diues ⁊ exul opes

Sit mihi lenta domi requies: ardenſqꝫ caminus
Atqꝫ alimenta meam depoſitura famem
Dulcius eſt paruo in patria dominarier aruo
Quam centum externam vertere bobus humu͂

Atqꝫ Simocati ſapientis epiſtola in auras
Prodeat: impreſſis eſt patefacta modis
Prima docet mores: rus altera: tercia amores
Sic opus alterna texitur vſqꝫ vice
Unde velut riguo varios de germine flores
Uirtutum poterit lector habere decus.

## ¶ Ad reuerendiſſimu͂ dn͂m Luca͂ epiſcopum Uuarmienſem Nicolai coppernici epiſtola.

Peroptime videt͛ mihi reuere͂diſſime dn͂e ac noſtre patrie pat͛ morales
ruſticanas ⁊ amatorias ep͞las theophilactu͂ ſcolaſticu͂ coordinauiſ-
ſe. hic ſane ꝯſidera͂s ꝙ varietas p̃ ceteris delectare ſoleat. Q͛ q̃dem
diuerſa ingenia: diuerſis rebus oblectent͛. Siq̃dez alijs grauia: alijs
leuia: ſeuera alijs: no͂nullis fabuloſa place͂t. ⁊ ſinguli ſingulis gaude͂t
leuia grauibus ⁊ laſciua ſeueris ita co͂miſcuit. vt q̃ſqꝫ lecturus i͂ his
ta͂qꝫ in ortulo quoda͂ ex floſculoꝝ varietate: qd᷑ magis placet: collige
re poſſit. In his vero om͂ibus tanta͂ vtilitate͂ ꝯſtituit. vt no͂ epiſtole
Sed leges potius ⁊ precepta inſtitutionis humane vite appareant
Manifeſto breuitatis eaꝝ argume͂to q̃s ex diuerſis auctorib⁹ breuiſ
ſimas ⁊ fecu͂diſſimas collegit. de moralib⁹ q̃de͂ ⁊ ruſticanis no͂ facile
q̃s forte dubitabit. Amatorie au͂t etſi laſciuia͂ ex titulo p̃tendere vi-
dea͂t͛. Attame͂ queadmoduz amaritudo farmacoꝝ dulcib⁹ a medicis
ꝯte͂perari ſolet vt aſſumentib⁹ gratior fiat. Ita ꝓpe modu͂ ⁊ ip̃e caſti
gate ſunt vt no͂ minus moraliu͂ nome͂ ſortiri debuiſſent. Que cu͂ ita
ſint iniquu͂ puta͂s. ꝙ ſolis grecis legerent͛ ⁊ latinis no͂ eſſent co͂munio-
res. eas ꝓ virili p͞te latino ſermone interp͞tari curaui. Tibi au͂t reue
rendiſſime dn͂e. munuſculu͂ hoc dedico. Sed beneficentie tue minime
ꝯparandu͂. Quu͂ omnis huiuſmodi ingenioli mei labor vel fruct⁹ tu⁹
eſſe merito cenſeat͛. Si veru͂ eſt ſicut vtiqꝫ eſt: ꝙ etia͂ ouidius quon-
da͂ ad ceſare͂ germanicu͂ dixerat Ingeniu͂ vultu ſtatqꝫ caditqꝫ tuo.

# Theophilacti Scola ſtici Simocati epiſtole morales rurales. ⁊ amatorie interpretati- one latina.

## Moralis Critias Plotino.

RUſticũ animal cicada: aurora lucente
cãtare incipit Sed multo reſonãtior ⁊
ſecũdũ ſui naturã loquatior. hora me
ridiana percipit. vtpote ſolaribus ine-
briata radijs. Teretiſat igit reſonans
Et arborẽ aram: agrũ theatrũ faciẽs
viatoribus muſicã repreſentat Canta
re igitur nos quoqꝫ virtutes tuas vrgemur. His ſiquidem ex
citamur ⁊ admodum incendimur in laudationẽ tuam. Dudum
enĩ in ſordida vita morientes. ex litteris tuis ad virtutes nos
reſuſcitaſti. Ita ſim Critias. Plotinus vel extra corpus philo
ſophatur in terris. vel philoſophia incorporota cũ hominibꝰ vt
homo verſatur.

## Ruralis Dorcon Moſchoni.

DUx gregis admirabilis mihi aries perijt. ⁊ grega
li ducatu priuatũ eſt pecus ingens ſuo malũ ⁊ pu
to aliquid ſuccenſere mihi pana. Nõ enĩ aluearío
rũ primitijs ipſum honoraui. Quapropter ad ci-
uitatez pergo infeſtũ placaturus. Et ciuibus narrabo ſeuiciam
hanc dicens. propter mellitũ pan: mei gregis ducem perdidit.

## Amatoria Theano Euridice.

Naturalis tibi ornatus abſceſſit ⁊ rugarum imminet reuercutia. Tu vero obſignare veritatem conaris; ſuperinducto ornatu: amatores deludens. Obedi tempori vetula. Nõ enim placent in autumno prata floribus: memorare ⁊ mortis: huic em̄ appropinquaſti. Et ex ea neceſſitate modeſtiã exercere cogita. Nam ⁊ ſenectutẽ ⁊ iuuentutẽ iniuria afficis. Hanc quidẽ promittẽs mentita es. Illam vero acquiſita adulteraſti.

## Moralis Enagoras Antipatro

Horus artifex prepoſitus fuit marine alluuioni et littoribus marinos eſtus refrenabat. Erat autẽ arena quedã interiecta cõtinenti ⁊ mari. Nõ ergo proceſſit mare iniuriando terre vicine. ſed in ſui ipſius furibũdum eſtũ reuertens magnũ quidẽ cõtinẽti retraxit inſultũ. Hor⁹ igit o antipatre furori tuo legẽ dictauit. ne manũ ire miniſtrã facias. Igit cõphilozophari manibus etiã linguam cõſumate virtutis eſt. mons altiſſimus. Si vero hanc ſeruare nõ potes iurgijs ipm furorẽ cõſolare: ſi canibus latrantibus aſſimilari voles. Sic em̄ iratũ mare vlteri⁹ ſpuma ac procella ire opera nõ oſtendit.

## Ruralis Egirus Platano.

Malos amice vicinos Geranos habemus: immortale bellũ circa prediũ habent. neq3 em̄ patrib⁹ noſtris paciſcebant. neq3 poſt illos bellũ nobiſcũ diſſoluerunt: at qui ſepe ipos primicijs meſſis honorauimus. Sed etiã aliquã agelli partẽ quaſi offenſo deo ipis

infeſtis dedimus. Sed indigna ipis vt cōtigit dona. Quapropt omes hinc diſcedimus. magis em̄ cōducit nobis ſaxa colere q̄ campos ⁊ colles inhabitare infeſtos habentibus vicinos.

## Amatoria Erato Terpſithee.

Preciosam tibi ymaginē pinxiſſe Callicratē aiunt Ipſa vero pictura nō Terpſitheam ſignificare videt ſed per veraces parraſij tabulas lacenā helenam ideoq̄ ⁊ arti ⁊ nature preiudicaſti. hanc quidem reprehendens. illā vero decipiens. fallere em̄ parraſij tabulas coegiſti. ⁊ que tibi minime adſunt tabulis cōmutaſti tanq̄ nature corrigens errores ⁊ multā eius inertiā oſtendens. Ego autē ⁊ picturā laudo. nō em̄ tue deformitatis eſſe pictor perhibuit. ⁊ nature ſapientiā admiror. peſſime anime pulchritudinē corporis non confidentem.

## Moralis Soſipater Terpandro

Equab⁹ lex eſt ⁊ queadmodū mihi videt valde rationabilis. Laudo em̄ apud eas magnā beniuolentiā. Sed que nam ipis lex eſt. pullus equinū ſi nutrice carentē viderint ⁊ longe matrem abeſſe quelibet pullū ipm fouet. Nō em̄ nature ſue obliuiſcunt ⁊ fouent vnanimiter. ne quicq̄ egreferentes quaſi nepotē habētes atq̄ germanū. hanc quidē ipſis intelligentiam natura tribuit. Nō em̄ ſolonis lege coacte ſunt. Nunc igit ſermonē ad te conuertā. Nepotē tuū fraternū deſpicis. de ianua ad ianuā circumeuntē: miſerrima veſte indutū: brutis ſane irrationabilior tibi ſenſus eſt. Canes alienos nutris. Ita em̄ adulatores q̄ apud te ſunt rectius nominauerim. Fidelissimi em̄ videt eſſe donec de tuis nutriant o miſer. Latrant aūt omnino ⁊ te crapulā etiam

nuper erictuautes. Adulatoꝝ eñ genus memoratiuũ eſt mali ꝛ beneficioꝝ obliuioſiſſimuꝫ. Tandē igit̄ nepotem ipſum foue Terpandꝛe. Sin antem penitentiam habebis hoſtem inſuperabilem lachꝛimis nature ſuum exacuentem gladium.

## Ruralis Daphnon Mironi

QUouſqꝫ effodies agellũ ꝛ pluuialem abſoꝛbes aquā o miſer, An foꝛte etiā fame paeros mēos deficere propter ſiccitatē machinaberis. Tuus q̄dem circūſtagnat ager. meus aūt aque etiā naturā ignoꝛat. Interrogent obſecro nubes ſi ſoli Mironi dimittant aquas. Uir inuidus magnū malum. Si vͦo vicinū etiā eſſe contingat inexoꝛabile eſt infoꝛtuniū ꝛ moꝛte vix ſopiendum.

## Amatoria Euripa Dexicrati

PRima nouembꝛis venire ad nos promiſiſti. ꝛ defraudaſti pacta Dexicrates. Meꝰ vͦo languebat amoꝛe animus. ꝛ lampadis inſtar pꝛecoꝛdia exarſerant. erūpebantqꝫ quottidie lachꝛime ꝛ tuū quottidie ſomniabam aduentū. ꝛ ianuariū ſtrepitus ſemꝑ mihi exiſtimatio preſentie tue fuit. Tu vͦo Dexicrates cū altera amoꝛē participas. ꝛ te ſemper noua delectant. Nam deſidioſoꝛum animi velociſſimo faſtidio deijci cōſueuerunt. Eſt perfidū quid pecunia. deſideriū ꝛ amoꝛ. Tangeris ꝛ ipe quandoqꝫ paſſoꝝ eñ iniuriā calamitates in ipos iniuriantes ſepe redundant.

## Moral' Hermogoras Soſipatro

NImis ingeneroſe audio te paupertatem dolere ꝛ maledicere diuicijs tanq̄ illegittimis exiſtētibus apud hoīes. ꝛ alijs appꝛehenſibilem facile ſuaꝝ poſſeſſionē

eſſe. alijs ꝟo inapphēſibilē quaſi inuiſaꝫ in hoc hoīb⁹ naturā. Si em̄ ſolis ſplēdoꝛ hoīb⁹ equalis ⁊ ignis copia om̄ib⁹ eſt promptiſſima. Cur tandem inquis natura aurū hoībus tam abditū fecit. ⁊ tam amicabile donū ſub luna degentibus abſtulit. ꝓ quod maxima mala hoībus oꝛiunt̄. Ego autē latū riſum tuis effundo dogmatibus. Ipſam em̄ nature laudē vituperij materiā feciſti. ⁊ hanc cū noctua deploraſti. Cecitatis em̄ cauſam illa putat circūſpectabilē ſolis claritatē. vtiliter auri fame tenet̄ humanū genus Soſipatre. Hinc em̄ artes vite introducte ſunt. ⁊ ciuitates habitate. ⁊ contractuū facilitas. Et ſi ſumatim dicere opus eſt om̄i ornatu priuata fuiſſet terrena cōuerſatio: niſi aurū hoīes inſtruxiſſet ſeſe mutuo indigere. Nō em̄ nauta nauigaſſet. neq̄ viatoꝛ iter arripuiſſet. nō aratorē bouem ruſticus habuiſſet. neq̄ ſceptris regalis imperij fuiſſet reuerētia: nō principibus ⁊ ꝓpoſitis obedientiā preſtitiſſent. neq̄ imperatoꝛ exercitū duxiſſet. Si ꝟo archanū etiā ſermonē vis diſcere virtutū ⁊ vicioꝝ habenas aurū prebet. ⁊ exanimat̄ deſideriū animi ꝑ ipſum. ⁊ emulus eſt celrici fluuij. adulterate em̄ virtutis ⁊ malicie deprehenſoꝛ eſt certiſſimus.

## Ruralis Calliſtach⁹ Cypariſſōi.

STerilū ac immiciū arboꝝ genus Simichides pridem conflagrauit. talem em̄ ſententiā mutilibus decernebat arboribus. ſed omniforacis ignis natura imperū habuit immodeſtū. ⁊ agri vicini predium repente conſumpſit. Hic ꝟo bipennem abijciens ⁊ ligonem ad ciuitatē perrexit cauſidicū accepturus patronū. ⁊ Simichidem in ius vocauit. hoc ⁊ ego Cypariſſon contra te para-

bo. niſi apibns tuis mandaſſeris abſtinere pratis meis. ⁊ didi-
ceris alienis meatibus; nõ habere aditũ iuſtũ.

## Amatoria. Melpomena. Praxi-
## milli.

In publica via conuenticula tibicen Cryſogona
conſtituit: fortaſſe etiam delectare putat meos
amatores ⁊ ait meretricula me de ea re valde mo
leſtari. Ego aũt nõ magnipendo factũ hoc: exami
nãt em̃ amatores meos quicũq; ſunt Cryſogone mores. Sed
eſto mihi obſecro infallacis reſponſionis apertiſſimus nuncius
⁊ lacenẽ dicito. Maximas tibi gratias Chryſogona hac cauſa
debemus. tua em̃ deformitate venuſtiora oſtẽdũt noſtra Quũ
etiam graculo non apparente coruus preſtantibus auibus con-
numeret

## moralis Ariſton Nicle.

Cupidiſſimũ diſcendi animal aiunt eleuantem ⁊ hu-
manarũ doctrinarũ diſcipulũ valde ydoneũ. nõ em̃
corporis ſtupenda moles in ipo. quantũ diſcipline
ornamentũ celebrat. Et hec quidẽ pueri Indorum
perhibent. Ego aũt Niciam adiuratus ſum brutis animanti-
bus irrationabiliorẽ intellectũ habentẽ. Exiſtens em̃ docti vi-
ri filius paternas eruditiões ſuppeditaſti. At circa cubos ⁊ pa
leſtras plurimũ vite ociũ cõtriuiſti. ⁊ nobilitatis genere iactas
te. Si igit filius hermagori vis vocari: reuertere tandẽ ad illi9
vitã. bonũ em̃ quẽuis in ſenio ſapientie ⁊ prudentie aderit. ſecũ
dũ q etiã platoni videt. Si vo a vicũs tranſferri rennuis. ⁊ te
filiũ hermagori pronuncias. Scire te volo ſacrilegũ paterne ſe-

pulture factū eſſe. tua enim malicia virtutes illius cōtumelijs afficis.

## Ruralis. mironides. Damallo.

VNiuerſum gregem puer tuus deuaſtauit. ⁊ mulctrale ſemꝑ implēs lacte pedeſter ad platanos ꝑgit. ⁊ torum faciens ſecure diſcūbit. ⁊ delicatā vitam amplectit̄. Poſtea fiſtulā adferens ſuaue cātrcū ſomnū admodū inuitans adijcit. ⁊ rurales preuaricat̄ conſuetudines. Pabula eo malo diſtraxit ⁊ ad circūuentionem emptoris ignauus eſt. Quin etiā fimos leui vendidit precio miſer Etiā Mironidi iniuriari nō erubeſcit: epulatus heri vindemiā ſpleudide. Carice em̄ erant mihi ⁊ locuſte obſonia. Js aūt magnificus iuuenis caritas plurimas deuorauit. Et locuſtas miror quomodo abſorbuerit. ſex quoqꝫ dehiſcebat. ⁊ quandē eius partē poſt ſacietatē portare domū neglexit. Concedat mihi reſiduū agroꝝ. magis em̄ eligendū eſt longinqua mala tollerare q̄ occultum hoſtem domi nutrire.

## Amatoria Atalanta Corinne.

IN paleſtra etiā Angian vidi Corinna. Jd aūt ſpectaculū neqꝫ ſermo effabit̄. neqꝫ pictoꝝ manꝰ imitabunt̄. Erat em̄ iuuenis robuſtus: erectus: circa pectoralia denſus. Oculi eius ſicut capreoli. Facies eius nō furore rubēs neqꝫ languidior teneritate. Sed virilis ⁊ manſuetus ſimul. Color eius corporis neqꝫ feminino albeſcebat. neqꝫ nigredine obſcurabatur. Caſaries aūt molli quandoqꝫ teneritate inundabat ⁊ ceruleū hora tranquillitatis repreſentabat mare. quando ad vicinā terrā teneris vndis plicatur: miſſurū tempeſtatis bar

barũ furorẽ. male aũt neq̃ multũ rubicundor. muliebre enĩ hoc neq̃ rurſus pallore indecentẽ triſticiã pre ſe ferebant. At vo naſus valde eleganter erat tornatus. ⁊ magnũ artificioſe nature magiſteriũ arguebat. Oleũ vo inunctũ ſolis ſpecie radiabat. ⁊ ſplendoris reuerberatione tanq̃ marmoreis radijs paleſtrã exhilarabat. Suſpiria ducebã animo Corinna. ⁊ acutiores nunc ſentio dolores. amatoriã enim paſſionem diuulgare muliebre genus verecundatur.

## Moralis Gorgias Ariſtidi

Mutuatus letabaris: requiſitus triſtaris. ⁊ obuiã creditoribus veniens timore obſtupeſcis. tanq̃ truces quoſdã terrores incidere exiſtimans. ⁊ circumſpicis triuia ⁊ portas reſpicis. declinare cupiens creditoꝝ iram. Quẽadmodũ in magna procella periclitati naufragio in portũ confugere anhelant. Ad hec malo malũ adijcis. mutuatus enĩ ab alijs debitũ alijs reddis. Ita faciũt qui ꝓpter timorẽ mortis ſeipſos precipitant. In mutuando aũt multiuariũ hoĩbus malũ contingit: ⁊ fabuloſe ydre pullulationibus ſeuius eſt. ſecũdũ omnẽ cogitationẽ caue mutuari. Ita enim ſolares radios libere circũſpicies ⁊ patentẽ vbiq̃ aerem valde leuiter reſpirabis

## Ruralis Lophon Pediadi

Pereat leucippus. malã enim nobis occupationẽ nutriuit circa terminũ collis. Me atq̃ Soſtratum in ius vocauit. Leucippus autẽ omnium mentes corrupit. ⁊ aureũ cõcupiuit videre tribunal. tantus auaricie affectus infelicẽ occupauit. Hoc etiã Soſtratus intelligens: auro victoriam emit. ⁊ muneribus guttur

leucippi obturauit. Uirgo iuſticia corrupta eſt. ⁊ aurũ hoibus victoriã penſat. equilibrans iudiciũ periit. Munera eni magis ꝙ̃ ius eſtimantur.

## Amatoria. Herocill' Ipſipyle.

Concitant etiã palme amore naturali ⁊ femineas maſcula concupiſcit. ⁊ plectitur amore maſculina coma femineã amplectens. Si vero longe femina abeſt ſecmenta femine tollentes mari applicant. ⁊ quodã comento reſuſcitant eius amorem. Si igit venire ad nos ocius non potes. amorem meũ conſolare per picturã. ⁊ tabula ſiue pictura imaginationis tue prebeat mihi ſpeculationem. Sufficit enĩ etiã opinione nimiũ amantes fallere.

## moralis Diogenes. Chryſi

Diuiciarũ te cuſtodẽ: nõ dominũ pecuniarũ eſſe dico. talem enim tibi mores tui ſententiam ꝓnunciauerunt. Boni enĩ alicuius participes eſſe impias nõ decet animas. Terram igit defode. ⁊ aurum condito miſer. nõ enim tue: ſed apud te diuicie eſſe creduntur. Phrygium Mydam emularis. ſitiens diuicias. qui quaſi funib' auro ſtrangularis.

## Ruralis. Chloazon. meconi

Sorba Mecon heri dilecte mi ſi. Illa ꝟo tramam abiecit. ⁊ a textura ſtatim ſurrexit. recipienſq; dona porcis diſtribuit. Et legarũ quaſi indignum nunciũ dimiſit. Ego aũt lugeo. horribilior enim amor infeſtat nos indignãte puella offendens. Ceci ſunt ⁊ fortuna et cupidines. hi quidẽ dolores. illa aũt felicitates temere et

vt contingit prebens.

## Amatoria Perdicca Rodope

Diſſone cantas. & contriſtas. nō delectas amatores. Tragediā enim immiſces nō carmen aliquod delectabile auditoribus. & flent amatores contriſtati. Caſtigant eni ipſos cantica tua aduerſus laſciuiam. neq̄ blandam aliquā feciſti melodiā. Parce igit obſecro nobis cōtriſtatis. Nō enim tybicen. ſed lamentatrix ſpectatoribus eſſe videris. Et cera aures opilabimus omnes. ſyrenarū enim potius q̄ lugientiū muſarū auditores erimus.

## moralis Antiſthenes Pericli

Philippi filius Alexander in proſperitatibus nequaq̄ obcecabat. ſed ſapienter aduertebat fortune ſuperbiam q̄ magnis honoribus inconſiderantes ineſcare ſoleat. Propter hoc videns in belli viciſſitudine cadentē Darium palleo hoſtem ipſum contexit. virtutis ſimul ac fortune nobilitatem oſtendens. hinc ſubditus ille allexandrum obiurgauit. & erat culpa regi pietas. Igit alexander tanq̄ philoſophus timebat fortune incertitudinē. Quapropter pluribus ipſum victoria ſalutantibus. O iupiter inquit mixtū eſt aliquod etiā optimis rebus infortuniū. Ita cauebat in ſummū fortune alluſiōes prudentiſſimus alexander. Si igit fortune cōuertibilis naturā ignorauiſti. cito experientiā videbis magiſtrā. Si aūt vltro cecucias. ſeuiores tibi vltiones introduces mulctarum & ſcientie penis requiſitus.

## Ruralis. Aſtachion. Miloni

AGrũ cicutis expurga. meas enĩ leſit apes. nõ pre-
be obſecro negocia viro agricolae. nullũ vtiq̃ mi
hi fucũ tribuiſti. Cur ita preter rationẽ vicinum
moleſtas peſſime. Niſi a malicia hac ceſſaueris im
modeſtiã tuã ianuis meis inſcribã. ⁊ vicinis iniuriã manifeſtabo
vt te omnes tanq̃ malũ quoddã abhominabile fugiant.

## Amatoria teleſilla Laidi

NEqꝫ metallici venas auri inueſtigantes. neqꝫ puteo
rũ foſſores aquarũ oculos videre querentes ⁊ abſcõ
dita terre tam diligenter artẽ ſuã exercent. q̃ ego q̃
vniuerſam peruagata ſum ciuitatẽ. ſi alicubi Ageſilaũ videre li-
cuiſſet. Conuiuiũ eni ipſi feciſſe Menadam leucippam intellexi
Impetuoſum flumen acceſſit mihi. ⁊ dolor erumpentibus turge
ſcit lachrimis. propter quod tragedie ero mercẽnaria. nõ enim
orientem amplius ſolem videbo. Ita Medea ⁊ Phedra ero cru
delior.

## Moralis Sopater Axiocho.

FRatrẽ te nuper ſepeliuiſſe aiunt ⁊ in planctũ incõ-
ſolabilem valde moleſtari. Quomodo te ſapientẽ
virũ admirer. tam vehementer a paſſionibus deui
ctũ. Somnus quidem eſt apud nos mors vulgaris
conſueto quidem longior. ſed ad futurũ diem breuiſſimus. In
breuem peregrinationẽ ſeceſſerunt a nobis mortui. nõ in longã
ſeparationẽ. Contentus eſto diſiunctione. vnionẽ ſtatim expe-
ctans. ne affeceris animã cõcupiſcentia corporali. Cũ etiã Plo-
tino videret q̄ eſſet in pudendo corpore. Adeo contriſtabat phi
loſophum hoc mortale tegmentũ. Siſte hactenus mihi lachri

mas. Horus triſticie legē tulit. Prudētia paſſiones curato. Medicus eſto tuiipſius. verbū habes medicinale. ſine ira atq̃ triſticia obliuionē maloꝝ omniū. Nunq̄ artifex opus ſuū ex meliori in peius refert. Mortuis mortua linquamus. Magnis enī hic probris vita. preſtantiſſimuz animi opus afficit. Equidem natiuitatē magis q̄ mortem deflerem. Illa enim flendi principium eſt. hec aūt lachrimarū ſolutio. Ignorātia trepidos nos efficit. Et mortem cauemus: nō quia mala ſit. ſed q̄a ab mortalibus ignoratur. Nullus enim nobis ſcientiā eius retulit. hanc protinus accuſas. Nō ſis igit᷑ Niobe emulus. ne forte exiſtimeris ꝛ tu lapidi humanā tribuiſſe naturā.

## Ruralis theriſtron Spironi

AD etnam ſicilie montem diſcedimus. vale dicentes attice. Nunq̄ enim infeliciorem vidi terram ad incrementa fructuū. pro piris mirtos. pro ordeo hederaz nobis produxit. Proinde primis mihi nō cretis ſeminibus nunq̄ denuo ingrate laxabo terre. Nō poteſt ruſticus famem atq̃ militem ſuſtinere hoſtem. neq̃ naute poſſunt contra ventos ac fulmina bellare.

## Amatoria. Cecropis. Dexicrati

MAgnetem lapidem ferrum amare aiunt. ꝛ tanto magis viuere narrant quanto magis amato coniungitur. Poſtq̄ enim lapis coniuge ſeparat᷑. continuo morit᷑. ꝛ actione ſua deſtituitur. Huiuſmodi ſane affectus Dexicrates etiam mammatis rebus inſunt. Ego autem quid tantopere affectem. pſentia tua derelicta. difficili⁹ puto dici q̄ pati. Ita cōtriſtem cōtriſtantes me. ꝛ fiā cupidinis iaculū. Scintilla mariq

ne ſpume eſtuoſior.

## Moralis Heraclides Antiſtheni

Ondū iracūdia mihi deſcendiſti Antiſthenes. verum etiā difficilis es nobis: et ſub ſpecie manſuetorum verborū triſticiā abſcondis tanquam in fauilla ſcintillam ignis condentes. Expurga reſiduā cordis triſticiā. Id em̄ noſtri ſermones iubent. alioquin mari etiam ſeuior eris. Sopit enim id ferocitatē. et prebet nauigantibus humanū aſpectum. quando oleo placant procellis nimiū ſeuiens.

## Ruralis. Lachanon. Peganoni.

Eni ad me cras propter oleū. Introibo enim ciuitatē conuiua futurus chariſſime. Siquidē nymphis et pani primicias gregis dedicabo. Annuunt tandē nobis dij. mulctre mihi lacte replete ſunt. Oues vbertim pepereru nt. tripudiant capelle. felicitate admodū exultantes. Ceſſauimus contra paupertatē maliuolā beſtiā ac difficilē bellare. que vlceris inſtar poſſeſſoribus implicat. malū eſt qd valde familiariter ſe ingerit. ſecordiā faciens: contriſtans. ad triſticiā inexorabile. ad meſticiā repentinū. inſomne erumnas amans: laborioſum: ſcelerū inuentiuū: inglorīū: contemptibile: inuidia carens. nullus enī vult tali malo obuiare. neque ſi oreſtis furore damnatu s fuerit. Relinquentes igitur paupertatē paupertati in āliā ſortē conſtituemur. cū animo etiā audaciā commutantes.

## Amatoria. Rodina. Calliope

Amatores mihi detrahis mequ paſſim cauillaris. continentiā mihi relaxatā fuiſſe viteſcentiā corporis defraudanti. Tu vero facinus tuū occultū eſſe putas Im

ad modicū quidē letificas. cōtriſtas aūt poſtea tanto grauius. Quoniā etiā optima ſomnia nō tm̄ letificant nos dormientes quantū euigilantes cōtriſtant: ſpes em̄ tota cū ſomno abluit. Cōuenientia igit lingue tue negocia adhibeto: ne amicis odio habearis mendax. ⁊ inimicis materiā vituperij prebeas tanq̄ veritatis expers.

## Ruralis. Tetigon. Orthigoni

CUr tandē o miſer veſtē detraxiſti ⁊ perdices emiſti Uiuū tibi malū fuit. vino etiā Cyclopis oculum emiſſe aiunt Uliſſem. Ideoq̄ niſi gallinas colle-geris. tecū precipitabo meipſum. puerū em̄ ſcele-ſtū viuere res eſt difficilis. Si aūt filius ante patrē ſepulchrum ſibi vendicet intollerabile magis eſt.

## Amatoria Thetis. Anaxarcho

NOn potes Theditem ſimul ⁊ Galatheam amare. nō em̄ certant deſideria. Nam amor nō patit. ſed neq̄ dupplicē induces amorē. Sicut em̄ terra du-obus ſolibus vegetari nō poteſt. Ita vna anima duas flammas amatorias nō tollerat.

## Moralis Socrates Platoni.

INiuria quidē nullus afficit. Sed quiſq̄ vltro ſibi ipſi iniuriā infert. Uirtutis em̄ ⁊ viciorum imperato-res ſumus. Agrū tuū Philonides abſtraxit. id q̄-dem extra te eſt. ⁊ animū tuū ne quicq̄ contriſta-uit. Damnū intulit philippus ⁊ annulū ſibi appropriauit. Nul-lā ipe iniuriā paſſus es. qd em̄ poſſidemus noſtrū nō eſt. filium tuū abduxerunt barbari. nihil graue paſſus es. Nō em̄ eternū

puerũ habuiſti. nuper tibi nõ habenti agnatus eſt. Et iterũ nõ eſt tu⁹: cũ nõ ſit: ſed fuit. Itaq3 iniuriã facit qd hoies nõ fit eis iniuria. Et homericũ illũ Ciclopem admiratus ſum. Nullũ eñ u ocere ait iniuriã patienti. Et erat paſtoris negatio affirmatio veritatis.

## Ruralis Marathon. Peganomi.

Ciuiles tempeſtates fugiens ⁊ intollerabiles ciuitatis tumultus hunc agrũ cõduxi ⁊ alterationē animi inuenire ſperabã. Sed maiora etiam num mala incidi. Modo eñ rubiginē habeo hoſtem, modo locuſtas. Interdũ etiã grandinē. Pruina aũt fruct⁹ deuaſtat vt inexorabilis tyrann⁹, ⁊ aquas miſer ventis pmitto. heu me infelicē quo diuertã: quando ruraliũ labor reminiſcor ciuitatem amplector. quando ciuilē turbã amplector ruralia amo ⁊ qd preſens nõ eſt felicius eſſe preſentibus videt. vna triſticiaꝝ ſolutio mors eſt. Siue naturalis ſit ſiue rurſus conſcita. Ideo ſtrangulationē mihi farmacũ abhorreo. Stolidũ eſt eñ vt infortunati mortem aſſumant.

## Amatoria Pericles. Aſpaſie

Si dona queris nõ amas. Muneribus eñ nõ afficiunt cupidines, ⁊ amantes eadem facere docēt. Si igit amas dare vtiq3 magis q̃ recipere cõgruit. Si vo pecunias ſitis ⁊ propter opes finxiſti te amare. Sententiã lingua reprehēdit que vendit auro voluptates cupienti.

## Moralis. Diogenis. Demonſtro

Artificioſa muliercula. feminir nullius ſecundū naturam perfectionis cōtemnendus Lydus eunuch⁹. omnibus em̄ corporis mēbris linguas habere pudendas perhibet. Ego aūt Homericū Ulissem imitatus iacula illius nō ſentio. Virilis em̄ res eſt ſi muliebre genus dominos percuciat. Sed quid tibi arrogantius pauca dixerim Diomedem imitatus latrare certe ⁊ furere eunuchis ꝯgruit. Deſtituta em̄ potentia manuū om̄ia per linguā facere conant. Amici aūt benignitatē noſtrā multū predicant ꝙ cōiciatorē ipm penis non iniecerimus. Ita em̄ ſi azinus latraſſet nunꝙ vtiqꝫ in ius eū vocaremus. Quod ſane modeſto imperio promulgatum eſt.

## Ruralis Piramides. Coridoni.

Cras ero cōuiua. om̄ia ad nuptias mihi comparanda ſunt: fabe: ciceres. Carice plurime dulcedines ⁊ mellita ⁊ placentule. Ipſe aūt porta artificioſam fiſtulam ſuauiſſimas melodias decantaturus. Noſti em̄ ruralem muſicā peritiſſime Coridon. Torū em̄ venereū om̄ino ad voluptatē monere volui. que tubali reſonantia delectetur

## Amatoria Leander. Piladi.

Valde nobis inſidiantur amores. Ego quidē amo: deſperata aūt odit. Quid faciā miſer. nō equam habent cupidines lancem. Triſtes hoībus ponderant fletus Si igit̃ iniquitatē faciunt dei minime vocent. Si aūt appellationē nō fallunt. iuſte agunto. ⁊ mihi dolores ſecundū equitatē diſtribuunto.

## Moralis Diogenes Ariſtarcho

TErruit Alexander Macedonis bucephalo equi-
tās equo. Nunc aūt freno minime obediuiſſe nar-
rant, neq; manualibū blandimentis demulctū
fuiſſe. Erat em̄ inmanſuefactibile animal, ꝛ furo-
re equitari nō ſe permittebat, ꝛ erat malū qddā inacceſſibile. et
verſantibus ſibi valde metuendū. Quando igit̄ Alexandrum
aſcenſorē ſortitus eſt ſeuitiā manſuetudini admodū commiſce-
bat, cōmutans merore fremitū, ꝛ correptus videbat̄. Nō enim
licebat Alexandro reſiſtere. Eris igit̄ Ariſtarche ꝛ tu fortune
obediens. Nō enim Alexandro ſed fortune bucephalus obe-
diebat.

## Ruralis Poemion Arnoni

QUiū vbera rupturā mihi minat̄, ꝛ mulctris haud
ſcio quomodo caream. Quapropter da mihi ipſe
mulctras. at ego lac tibi ꝑbeo: pro magnis donis
paruas gratias recepturus.

## Amatoria Chriſogona Terpandro.

NOn ſperne obiurgantē ſimul ꝛ arguentē. Aman-
tes enim dulcia quidē ꝛ oblectamenta recipiunt,
plagis aūt ꝛ cicatricibus ſepe deformant̄. Si ꝟo
increpationes nō tolleras, neq; roſam vindemia-
bis ſpinam cauens.

## Moralis Leonides Periandro.

REueritus eſt etiā priamū ſenē Thetidis filius: caniciēq;
inimici, ꝛ patri filiū reddidit mortuū, infeliciſſimo dono

Priamū proſecutus. Illius quidē audaciā miror. huius aūt lau do humanitatē. Eſto mihi tu quoqꝫ aiacides. ⁊ cani miſerere la chrimantis. filiū mihi viuentem reddens. Infelix em̄ ⁊ ego ſum vt Priamus. Quū eni̇̄ pueri hoſtis nō ſis mitto ad te nunciuz litteras epiſtole lachrimis nō nigro impmens. Si vo ⁊ tu hu manitatē tuā laudari deſideras: petita donū preueniat. Sin au tem nec ratio apud te dominat, ſed furor ⁊ contriſtatio pollet. paululū quidē letaberis. Triſtaberis aūt magis ſtolidi furoris magnas etiam penas penſurus.

## Ruralis Calamon Spironi

SI ruſticus eſſe voluiſti: ciuilibus tumultibus abſti ne. Si vo cauſidicoꝝ fori ⁊ tribunaliū occupatio nem habes: dimitte ligonē, calamū qꝫ ſummens ⁊ chartas, perge malo omine. Non em̄ calūniatores ⁊ viri iudices aſſidue calamitantes ruſticoꝝ reſpublica admittit

## Amatoria Rodolea Ipſipile.

PIreū heſterna nocte perambulabā. amatoremqꝫ tuū cū Chriſippa vidi. luminabatqꝫ puer ⁊ nuncia amicicie anus erat abrotonū. Quum aūt lenam ſalutaſſem adhortatus eſt amator tuus. vt i̇ ob ſcuro res geſta lateret. Igit neqꝫ iuranti neqꝫ adulāti crede Eſt em̄ vtrobiqꝫ grauis lingue fallacia.

## Moralis Socrates Cleoni.

QUando luppi magnā circūuenerint predā tūc poſt ſaturitatē philoſophant tanq̄ abſtinentiā agnorū habentes. ⁊ ferinos mores quādā humanitate commutant. ⁊ eximiā iuſticiā ſacietas ipa lupos docuit.



13

Cū ouibꝰ ꝯmunicāt ⁊ ꝯponūt donec vēter coꝝ detumeſtat. Tu vͦ lupis etiā prudētiores acq̄ſiuiſti mores. ⁊ multo maiorē auaricie imtēperantiā habes, quando aurū theſauris tuis ſuperhabundans ſcaturit. quēadmodū ebrioſis cōtingit. Siciunt enim quo magis ſaciant vino, ⁊ ebrietatis intenſionē ebrietate fallūt Nāq̧ per ſummū exceſſum in contrariū affectū tranſcendūt exhylarante vino inebriatos ⁊ exurente. Pelle intemperatā ebrietatem o immodeſte, ne contrariā viciſſitudinē incidas, priuatus fortuna etiā his que ipſa tibi contulit. Talibus eñ ingratos penis corripit.

## Ruralis Mintha Riſoni.

Chriſippus fluuius agri noſtri partē depredatꝰ eſt. ⁊ tuo appropriauit. Stultū aliquid faciēs ⁊ temerariū, iniquū perhibet. Si vͦ tribunalis onus humeris tuis ferre nō potes: dona fluuioꝝ nō admitte. Si aūt aliena amas: cito proprijs etiā priuatus lugebis.

## Amatoria Medea Iaſoni.

Nihil hoībus affectatius, nihil ſaturabilius amatorio habitu conſtat. vbi ſunt tibi lachrimarū inundationes, que ad pedes noſtros profluxerunt. quo peruenerunt mille ſermonū illorum genera ⁊ ſubmiſſio verboꝝ atq̧ humiliatio, puto certe nec debitores quidem talibus verbis erga creditores vſos vnq̄ fuiſſe. neq̧ q̄ ſub hoſtiū manibus vulneribus affligunt. Vigiliarū aſſiduitas trāſijt: conſueta dereliquiſti cantica. adhibuiſti infinitos nuncios. pacta: iuramēta. que per lenocinantes mulieres pepegiſti. Ad aliā repente virginē lapſus es, quēadmodū dormitātes ſine me

dio ab altera in alterũ ſomnioꝝ materiã tranſeunt. Laudo pictores. alatos em̄ cupidines pingũt. ꝛ arte res ipas tranſformant. ꝛ figmentis veritatē repreſentant.

## Moralis Parmenides Chriſoſtheni.

Vigilare indeſinenter immortalis nature ꝓprium eſt. Dormire aũt mediocriter noſtrũ eſt. vt decet ꝛ humanũ. Per dormire aũt vltra licitũ mortuis potius q̄ viuentibus congruit. Plurimas Chryſoſtenes vite tue partes amiſiſti. Semper em̄ dormis. ꝛ hic terminũ exceſſiſti vt Vliſſes ille Homericus extra orbem terrarũ errabundus. oceano tanq̄ dormiante quodã vtitur. qui neq̄ orientē neq̄ occiduũ aſpicit ſolem.

## Ruralis. Daphnon Argiro

Ficus tue ad meũ agrũ radices expandũt ſub tua poteſtate terminari nõvolentes. ꝛ iuriſditionē tuam excedentes fructus mihi cedunt. nam ad mea tranſfugerunt opera. Et hec eſt ruſticis lex. ꝛ antiquis legibus obedito vetule. Si aũt cõſuetudinibus noſtris cõtradicere vis: tanq̄ nouũ te legiſlatorē ꝛ iuuenē ruſticoꝝ collegio eijciemus ꝛ noſtris finibus proſcribemus tanq̄ alienũ.

## Amatoria Pirrhias Philonidi.

Si amas: ne accuſes dilecte deformitatē. non poteſt em̄ nõ cecuciare amatrix anima. Inſuperabilis em̄ eſt amantũ affectus. Si v̄o nõ amas. cur lachrimaris ꝛ gemis ꝛ turbationē tibiipſi vltro-

cũ

neam afferſ. Iniuria igit̃ vtrũqꝫ afficis. modo em̃ vt amator cõcupiſcis. modo vt aduerſarius abhominaris.

## Moralis Damaſcus. Antigono.

SI Socrates vite pignus nõ habet. pedagogus pue-ro tuo nõ adhibeatur. pignora aũt vite pueri exiſti-mant. quẽ em̃ patrẽ eſſe natura docuit. hunc etiã pe-dagogũ eſſe maxime decet. tũc em̃ experientia diſcunt pueri na-tiuitatis habitũ ⁊ amoris ſollicitudines.

## Ruralis Cepias Corianno.

MErcennarius eris mihi hora meridiana Corianne Sepibus agrũ concludã. malos eni viatores ha-bemus. nec poſſum brutis ſimul animantibus ac hoĩbus reſiſtere: lepus vites: eruce olera deſtruũt Quid deniqꝫ de talpis dicã. horrendũ enim ruſtico malũ inexpu-gnabile bellũ. Propter qḋ mihi cooperare ⁊ laborũ particeps eſto. Ego quoqꝫ in talibus tibi operibus ero morigerus. Ita eni ⁊ formices cõcertationibꝰ mutuis ⁊ laborẽ fallunt: ⁊ maximos labores perficiunt.

## Amatoria. Anthia. Brioni

OMnia muliebri amori ſubdita ſunt. Laidem Di-ogenes amat. Soſtratã Phrigius. philoſophie ia-ctantia periȷ̃t. caſtũ morem dereliquerũt. celeſtẽm dimiſerũt conſtantiã. ⁊ ſublimem promiſſionem fe-fellerũt. omnia vana ſunt. que antea apud ipſos ad inſtitutionẽ accuratiſſime fuerunt. Deſpectus mihi ludus videt̃. virũ ſenem barbam reuerendam habentẽ laudatũ in caſtitate puellã mere-triculam amare. Ego aũt cachino ⁊ riſum tenere nõ poſſum quo

tiens ſenibꝰ obuiem. multū enim venerē olim accuſabāt ⁊ ama
tores vltro fuere dicebāt. deſideriū immodeſti animi amorē diffi
nientes: oīa ferre ſapiētē. Jd aūt ſperare nimis eſt preſumptu
oſum. Multa eñ tempus ⁊ fortuna poteſt.

## Moralis Soſtratus. Liſiſtrato.

QUom te multis ac mirū in modū admonuerimus
penelopis viſi ſumus texiſſe velū. Ecce demū etiam
fabuloſis incipimus ſermonibus, ſi forte tuo ſenſu di
cta proficiant. Jn frondeſcentibus arboribus cicada ventilata
tempore caloris reſonabat. ⁊ ſuā ipſius armoniā ſentiēs ſeipam
delectabat. formica aūt meſſores ſectabat. ⁊ circa aream exer
cicia faciebat. ⁊ terre ſinubus condebat ſuos cibos. abijt demū
ex aqlonibꝰ ſol. aberat autūnus ⁊ hyems vbiqꝫ ſeuiebat. Ma
re tranquillitatis libamina ſoluerat. naute tanqꝫ ſaluatores ſu
os portus ſalutabant. ⁊ ruſticus in areā ſuā confugit. ⁊ formi
ca in cauernas terre. ⁊ ex laboribus oportunū habebat cibum
Supplicabat deniqꝫ cicada pacienti laboris formice vt ei de the
ſauro ſuo aliquid impartiret. Jlla aūt ad cantū cicadā remitte
bat: copioſum ocij ſui effundens riſum. ⁊ eſtiua illiꝰ cantica obij
ciebat. Quapropter hec quidē ex cantu famem, illa aūt ex la
boribus delicias conquiſiuit. Tibi fabula hec Liſiſtrate cōgru
it. Pelle igit ociū nature enim dona deturpabis. ſi robur ⁊ in
cultam corporis valitudinē doctrina dimiſſis laboribus excole
re neglexeris.

## Ruralis Tettigon Porphirioni

HElix vir Coridon ⁊ fortune amicus vites eiꝰ botris gra
uantur. piri onuſti ſunt ⁊ decerpi appetunt, oliue terre in



15

cumbunt ⁊ multitudo fructuũ feraces ramos frangit .prata deſ
ſa. verũ etiã vxoꝛ cũ ceteris virũ letificat. tot em̃ ſunt ipi pueri
vt ⁊ danaũ ⁊ egyptũ pꝛolificatione ſuperare videatur. Alius q̃
dem adheret vberibus, alius ablactatus eſt. alij ſerpunt. qui re
ctũ greſſum nõdũ ceperunt. aliqui balbuciunt ⁊ ad greſſum imi
tantur. Alij robuſte incedunt ⁊ bipedem ſoꝛtiti ſunt greſſum. fo
raminũ inſtar fiſtule ſtature ſeries ipi conſequit̃. Tu v̾o perſua
ſiſti ne filiola nuberet Coꝛidoni ⁊ genus vituperabas repudians
admodũ ignobilitatẽ. Heu miſer deceptus ſum. ⁊ leuem habui
pꝛouidentiã. inutilis eſt hoibus nobilitas. diuicijs em̃ apud om
nes nihil eſt pꝛeſtantius.

## Amatoꝛia. Chriſes Epheſtioni

Non amas Didotam. amatoꝛias fauillas extinxi
ſti. nõ em̃ emulationẽ circa ipſam curas. Lyſiſtra
to cõmunicantẽ videns. amoꝛibus nihil cõtentio
ſius eſt. quomodo demũ amas ſi doloꝛes huiuſce
modi tam pacifice tolleres.

## Moꝛalis. Soſtrat⁹ Menalippidi

Puerorũ p̃ceptoꝛes ⁊ inſtitutionũ magiſtri quom
ſint pueri coꝛrectionũ atq̃ etiã admonitionum
ſuſceptiui: nimis immodeſtiã eoꝝ refrenam⁹. Pu
eros em̃ verbis potius q̃ verberibus terremus.
Ego aũt impudentiã tuã miroꝛ. Neq̃ em̃ magiſtratuũ ſuppli
cia metuis: neq̃ ſermones admonitoꝛios aduertis. pueris inſi
pientioꝛem in ſenectute mentẽ habes. Ito ſi vis ad barbarum.
Quẽ em̃ nec verba nec verbera coꝛrigere poſſunt. huius in ex
hoꝛtando maliciã ferre nimis eſt laboꝛioſum ac moleſtius q̃ ſta

buli fimũ expurgare. vel (cotila) totũ pelagus atlanticum ex-
haurire

## Ruralis. Bubalion Ciſſibioni

GOrgij puer iniuria nos afficit. tranſgredit enim equitans: ⁊ ſub ſpecie venationis aſtutiã palleat peſſimus. neq; enim apud nos lepus eſt: neq; caprea verſat: neq; bubalides: nõ cerui. nõ qd aliud venationi ydoneũ. Carceres eñ ⁊ laquei lepores abigunt. per quos etiã capiunt. Capreolos aũt ⁊ bubalides vicini rapiunt leones. Sed quid deniq; mille tibi ferarũ genera cõnumerẽ quib9 nos etiã priuamur. nos eñ ignauia. ſagacitas aũt feras corripit. Quum igit Ciſſibie affinitas tibi ſit ad iniuriantem admoneto ſodalem ⁊ quibuſcũq; potes verbis corrige Scire enim te volo Canibus ĩpm laceratũ iri ſi in agris meis deceter o verſabitur. Ja eñ liciſca cũ catulis agellũ meũ cuſtodit humanã deſiderans ad ipem cõprehendere.

## Amatoria Pito Hippolito.

PUlchritudinẽ: nõ caſtitatẽ amplectunt amatores Nõ enim continere docent cupidines. ſed pulchritudine corporis immodeſtũ oculũ inueſtant. Si igit ꝑpter mores Podocleã amas. voluptatibus eius amores nõ dominant. Modeſtas enim cogitationes iaculum veneris nõ attingit

## moralis Eracoſtenes Arſcheni.

IUramenta tanq; olera deuoras. ⁊ abeũntiũ ſtrepitus expeditus tibi videt eſſe. ⁊ accuſatoribus contradicis o peſſime. lingua quidẽ iurauit: mens aũt nõ iurauit.

Videſne ꝙ incaſtigata lingua maiorē ſupplicij penaȝ expectat.
In quibus ſermonibus peccauimus: operibus penā ſuſtinebim⁹
Linguā ꝟo modeſtā habeto: iurare etiā ad veritatē cauens: an
forte leuis tibi res iuſiurandum videtur. immo quocūqȝ ponde
re importabilius eſt. Hinc etiā Tantalus punitus eſt. Namqȝ
de numinibus immodeſtā habebat linguam.

## Ruralis Senthon. Corianno

Apprehendi tandem peſſimam vulpeculam ⁊ va-
rijs eam nexibus noxiā cuſtodio. ⁊ dignum puto.
Corianne vt omēs ruſtici in publicū vocent. ⁊ de
hoſte palā triūphem. ⁊ publice penā luat pro mul
tiplicibus iniurijs vnā paſſura punitionem.

## Amatoria. Callioppe Laidi.

O Nobilo ⁊ cicada Gorgias ornatur: lanugine nōdum
obumbratus: ⁊ pulchritudine antecellit. ⁊ dementia
illecebras venuſtate ſua nobis proponit. Ego autem
ſenectutē ⁊ morbū ⁊ triſticiā imprimā tabulis. ⁊ ante iannas pſi
di ipſius ponam: hec enim habebit aliquando pulchritudini ad
nerſantia.

## Moralis Plato Axiocho

FRenis atqȝ flagellis equos dirigimus ⁊ nauigam⁹
aliquando velis nauem pandentes ⁊ aliquando an
choris refrenantes ſuſtinemus. Ita gubernandam
eſſe linguā. Axioche modo quidē verbis armandā
modo aūt ſilentio ſopiendam.

## Ruralis Rodon Cipariſſo.

LVlcanos iterū adeſſe aiunt falcē abijciens lanceā ⁊ mucronē fabricabo. ⁊ marcialem exercebo artē nō enim ſiuit nos quieſcere demon. Aeſtas mihi hyeme rigentior eſt. Quid enim eſt bello horridius: Fiebam imminente vere: adeo pullulat ager florib⁹. adeo redolet mirtis agellus. tam ornate frondeſcit platanus. ⁊ virēt vbiq; ſegetes. om̄ia mihi ad annonā feſtinant. Sed iniuria nos hoſtes afficiūt: magis em̄ apud eos gladius q̄ aratrū deſiderat.

## Amatoria Sopater Teleſille.

NIſi venereis voluptatibus ſacietatē natura immiſcuiſſet ſubditus fuiſſet maſculus feminino ſexui Teleſilla: ne igit̄ glorieris meretricula veneris mihi fax refriguit. Nō em̄ immortales cupidinis iacula dolores inferūt.

## Moralis. Proclus Archimedi.

RIdendū aiunt Polipodū morem. Deuorant em̄ capillamenta ſua. ⁊ tanq; oportuna obſonia mēbra eoꝝ infelicia. Deuorant igit̄ miſeri partiū ſuarū cōmoditatē ⁊ epulari carnibus ſuis vident. An ne xantippe om̄ib⁹ polipus eſſe videris. equidē id puto maniſfeſtiſſimū. Iniuria em̄ afficis nimis inhumaniter patrem tuum: neq; naturam reueritus: neq; vltionem vt barathrum cauens. Sed ſiquidem peniteas obliuionē peccatoꝝ maloꝝ habebis interceſſorem. Si v̄o auaram crimnim irreuocabili furore ſortit⁹ es equa lance numen tibi compenſabit. Et pueros habebis paterne malicie veras imagines ac ſimulachra. Ita enim vipere partus materne crudelitate ſuccedunt pregnantem ac enutrientem vterū dilaniantes.

## Ruralis Elaphon Dorconi

Fertilis ad incrementa pecudum fimus eſt. Ideoq; da
mihi pecudũ tuarũ fimũ. ⁊ recipies ipſe mercedem fer-
tilitatis ſorba ⁊ olera. Et amiciciã tuã clarioribus re
munerabo gratijs.

## Amatoria. Ariſtoxemus. Poli-
xene.

Amatorijs voluptatibus nihil infirmi⁹. Perfida ſunt
labiorꝫ tuorꝫ oſcula. incomplantatũ enim deſideriũ ve-
locius marceſcit. Ego deinceps continentiã que apud
multos inſuauis eſt acceptabo. Firmior enim perhibetur. ⁊ do-
nationibus nuptias emam. Fidẽ eñ meretricariã eruere diffici-
lima res eſt.

## Moralis Diogenes. Socioni

Modica hec gloriuncula ſomniũ eſſe ſapientibus vi-
detur. ⁊ fabuloſis fictionibus monſtruoſius ⁊ vi-
lius: inconſtans. leuipendens: ludũ ſonans ⁊ ven-
to leuius. Hec quidẽ abſentia contriſtat. aduent-
ens aũt magis contriſtauit. Cito enim amatores ſuos decepit
Nõ te circũueniat fortune tumor. deludit eñ homies ſicut vult
Vana ſunt enim vanorum hominũ negocia.

## Ruralis. Bucolion. Mironidi.

Nepos tuus male fecit Mironides: rubea lacerna
armenta terruit. ⁊ optimã precipitauit iuuencam.
Coetanei autem eius calamitatem hanc ludibrio
habebant. puero duabus pedicis vlterius non in-

dulgeto. iuuenes etiã ſi corripiant immodeſti ſunt. Et ſi indulſe ris ſunt immodeſtiſſimi.

## Amatoria. Pericles Calliope.

V Irginalibus voluptatibus operam dare valde ac nimis difficile eſt. Ego autem animo ſegnius quid faciam Inexorabilis em̄ cupido iaculũ impulit. Ipſa mihi et cupidini cauſam indices. ⁊ da mihi decretũ humanitatis. Inuident enim amores amare quidē ſuggerentes. comprehēdere autem denegantes.

## Moralis. Iſocrates. Dioniſio.

A Pparitores ⁊ ſceptrigeri ⁊ precones ⁊ altiſſimoꝝ thronoꝝ extructiones philoſophie ſunt tenebre. ⁊ hec magna virtutũ ſeparatio produxit. num ne cōmutaſti fortuna naturam. habes vtiqꝫ ſacrum pelliceũ. Mortalem em̄ habes ab exordio conſiſtentiam. Quid enim hec parua gloriuncula vſqꝫ adeo luteo vtri adheſit. Magna dementia repletus ego infelix. ⁊ naturalē perdidiſti cognitionem. Ita ſublimes fortune mobilitates deſerere te coegerũt veterem ſpeculationē. ⁊ per modeſtã inſaniã aberrare olim tibi eximia humilitas fuit. nunc aũt vilis ⁊ terrenis fortune mons altiſſimus. Ita falſa felicitate abſtine. ⁊ fugientē fortunam fuge Perfidiam enim preuenien s penitentiam nō lues repente irruentem.

## Ruralis. Eromiton. Ampeloni.

N On eſt aliquid miſerius ruſticis. Tirãnide afficimur etiam ventoꝝ miſeri. perdit nos auſter. ſpicas mihi inanes fecit. vites deuaſtauit ⁊ acinos corrupit. Et itt ius vo-

aũ

tare aduerſariū tpīs nō poſſim. Ideoqꝫ falcem ⁊ ſeculam deſti-
tuam. ſcutū: galeā ⁊ enſem accepturus ⁊ miles ero. ⁊ artem per
mutans ſortem fraudabo.

## Amatoria. Leander Calliconio.

SI quid hominibus auro carius eſt oſtende quomodo
maioribus donis fruitio comparet. Sin aūt red-
de quanto ocius mihi gratias. Nō em̄ danaes pul-
chritudinē habes: neqꝫ tu venuſtiorem. Neqꝫ Ioue ego ditior
ſum qui auro virginitatem emo.

## Moralis Socrates Alcibiadi

ETiam profecto ludi poetici om̄i ſapientia pleni ſunt
Socios Vliſſis aures cera obturauiſſe aiunt quan-
do nauibus ad laſciuias ſyrenas ferebant. Vliſſem
do vinculis alligatū fuiſſe tanqꝫ in carcere quodā ineffugabili
Introducunt hic archana philoſophie. Sirenas em̄ exiſtimo ꝓ
inhoneſtis voluptatibus finxiſſe poeſim. Et homerū vehemen-
ter admiror comparantē rebus veritatē. Qui auditui noſtro ve
ritatem ceu poculū nectare dulcius cōmiſcuit. tanqꝫ vinū poten
tiſſimū aqua contemperando. Ita em̄ neqꝫ figmētis decipimur
neqꝫ incomprehenſibili inquiſitione inebriamur. Quapropter
cera quidē impericiā. vinculo aūt philoſophiā declarauit. Hinc
ſolū Vliſſem dulciſſimi cantus auditio delectauit. ⁊ affectum
eius vincula interceperunt. Viciorū em̄ conſideratio philoſophi
ca virtus eſt. Voluptatū aūt refrenatio victorioſus philoſo-
phie tropheus. Quom igit antimache Vliſſis errori preſens vi
ta ſimulet ⁊ marinis turbationibus miſer homo circumnatet.
⁊ nos ſirenarū voluptatū reſonantie negocient. ⁊ ventorū in-

ſtar modo hic modo illuc inſtent illecebre Penelopes coniugi-
um imitabimur. indiſſolubile quoddā ac diuinū virtutū vincu-
lum philoſophiam exercentes.

## Ruralis Anchinus Ampelino

Vindemia iam inſtant. ⁊ vua dulcis plena eſt. Cuſto-
de igitur viam publicam peroptime. ⁊ cretenſem ca-
nem cooperatorem adhibeto. Viatoris enim manus
incontinentes ſunt. ⁊ ad iniuriandum ruſticanis ſudorib⁹ prom-
ptiſſime.

## Amatoria Chriſippa Soſipatro

Amatorijs rethibus numine captus eſt Soſipa-
tre Anthuſam amans. Prudentis oculi ſignū eſt
puellam amare pulchram. Nō ingemiſce pulchri-
tudine victus. Maiorem enim laborum fruitio-
nem habebis amatoriarū lachrimarum blandimentum. Volu-
ptati enim dementia permixta eſt. ⁊ delectant contriſtando cu-
pidines. varijs enim paſſionibus veneris ceſtus intextus eſt.

## moralis Plato Dioniſio

Si triſticia vis teneri. perambula monumenta. ⁊ paſ-
ſionis habebis pharmacū. Et maximas hominū feli-
citates aſpice. pulueris tandē acquirentes leuitatē

Impreſſum Cracouie in domo dn̄i Johannis hale-
les Anno ſalutis noſtre. M.CCCCC.ix.

# Orationes et Epigramata quæ in hoc Libro continentur


1 S. Augustini de Amicitia Liber. Lypzk 1510.

2 Oratio de Felicitate Bononiæ ob Gregor: XIII Bononiæ 1572.

3 Diſpositio Cœnæ Cypriani &c Pragæ 1579.

4 Epiſtola Academiæ Pragens. ad Regē Ferdinandum Pragæ 1550

5 Elegia seu Threni de Morte Christi. Erfordt 1566.

6 Oratio de Cœna Dni et Lotione pedum Pragæ 1552.

7 Epitaphia Illustrium Virorū et Mulierū. Pragæ 1557.

8 Oratio in Funere Imperat: Ferdinandi Pragæ 1565.

9 Epigramata in varias picturas et imagines. Pragæ 1558.

10 Deſcriptio Pompæ advenientis Imp: Ferdinandi Pragæ 1558.

11 Gratulatoriæ Acclamationes Imper: Ferdinando Pragæ 1558.

12 Valedictio Matthæi Petrzik à Crumlow Viennæ 1561.

13 Constitutiones Ven: Ecclię Pragensis Capituli Pragæ 1560.

14 Explanatio in pſalmum xcj. Pragæ Anno 1580.

15 Heptalogus Jesu Christi in Cruce pendentis. Anno 1577.

16 Fundationes et Origines Regni Bohemiæ Pragæ 1575.

17 Theophilacti Epistolæ Morales, Rurales &c Cracoviæ 1509.


Bibl. Jag.

ntur.

1572.

1550.

[illegible].

7.

5.

558.

1558.

1558.

61.

60.

7.

[illegible].

09.

Biblioteka Jagiellońska
stdr0004242

Oprawiono w Oddz. Konserwacji BJ
luty 1985